Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26418
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Cui beata uirgo respondit. Tota in errore uestra
disputatio ad hoc peruenit. ut ignorantie nube ce
cati. misere huius uite blandimentis decipiamini.
& parentum imitatione quia semel inferni suppli
ciis traditi. perpetue subiacent dampnationi. dia
bolica fraude decepti. creatori omnium deo irratio
nabile creatura preferatis. Ieni malorum omnium inuen
tor diabolus inter alias nequicie sue artes. ydola
pro deo colere instituit. ut humanum genus assumere
diuinitatis cultu deuium. suo infando subiuga
ret dominio. & secum perpetuo gehenne truderet
incendio. Inde uana superstitio ut semel antiquorum
pectora obsedit. peretatum gradus aduos usque decucurrit.
7 falsorum cultura deorum immo demonum errorque tene
bros in hec uiciosa tempora deflux. O misera & infe
lix nimium dementia. dominum omnipotententem relin
quere. & diuersarum monstra imaginum lapide vel gyp
so seu quolibet desculpta metallo ad iniuriam conditoris
omnium adorare. Vnde psalmista loquitur. Omnes dii
gentium demonia dominus autem celos fecit. 7 iterum scriptura dicit.
Dii qui non fecerunt celum & terram pereant de terra. 7 de his que sub
celo sunt. Deus est quippe incommutabilis immortalis 7 eternus
Vnde quicquid in aliud quolibet permutatur. aut senio dissol
uitur. aut uetustate corrumpitur. quam sit absurdum id dominum